

A. D. 1272. — Registres de Grégoire X.

Rome, Archivio Vaticano, Regesti Vaticani 37, fol. 115.

Moitié d'une page du registre de Grégoire X. (1271—1276). La partie du registre à laquelle notre Fac-similé est emprunté a ceci de particulier que l'écriture imite celle des bulles originales (voir les hastes supérieures et inférieures ondulées); de plus chaque bulle se trouve accompagnée d'un bref sommaire (3. 22). Les neuf premières bulles du registre ont été écrites avant le couronnement du Pape (Grégoire X. a été élu le 1[er] Septembre 1271 et couronné le 27 Mars 1272); c'est pourquoi le Pape s'est servi pour la date de ces bulles de l'expression *suscepti a nobis apostolatus officii* (20), et le sceau ne porte pas encore son nom (17). — Nous empruntons encore ce Fac-similé aux *Specimina* du regretté P. Denifle, tab. XXXII. La première bulle est citée en regeste dans Potthast, l. c., No 20516.

En général cette écriture a encore la forme ronde, pourtant on remarque fréquemment une tendance aux formes angulaires (voir par ex. 𝔞, 𝔢, 𝔱, 𝔲, ligne 3. 4). Dans les registres des deux dernières années de Grégoire X., l'écriture prend des formes plus pointues, de sorte qu'elle peut passer pour gothique; dans la période suivante on rencontre toujours dans les registres pontificaux la forme gothique (Denifle, l. c. p. 35). — Les sommaires en tête des lettres ainsi que les initiales sont à l'encre rouge. — Le chiffre du folio *CXV* en haut, en marge, a été ajouté plus tard.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.
Registrum domini Gregorii pape decimi.

Ut archiepiscopo Corinthiensi misso pro negociis ecclesie provideatur cotidie in certa summa.

I. Gregorius electus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus Cisterciensis et aliorum ordinum ac decanis, prepositis, archidiaconis, plebanis, capitulis, exemptis et non exemptis, et aliis ecclesiarum prelatis ac rectoribus, necnon hospitalis Ierosolimitani et milicie Templi magistris, preceptoribus et fratribus, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Cum venerabilem fratrem nostrum . . archiepiscopum Corinthiensem, latorem presentium, virum utique nobis et fratribus nostris carum admodum et acceptum, de cuius industria et circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, pro quibusdam magnis et arduis ecclesie Romane negociis destinemus, universitatem vestram rogandam attentius duximus et hortandam, vobis nichilominus presentium auctoritate mandantes, quatinus eidem ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram, eundo, morando et redeundo de securo conductu et singulis diebus in triginta solidis Turonensibus pro suis necessariis liberaliter providere curetis. Alioquin sententiam, quam tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Nec miremini, quod bulla non exprimens nomen nostrum est appensa presentibus, que ante consecrationis et benedictionis nostre sollempnia transmittuntur, quia hii qui fuerunt hactenus in Romanos electi pontifices, consueverunt in bullandis litteris ante sue consecrationis munus modum huiusmodi observare. Datum Viterbii III. nonas Martii, suscepti a nobis apostolatus officii anno primo.

Ut rex Francie credat dicto archiepiscopo super subsidio Terre sancte.

II. Gregorius electus episcopus, servus servorum Dei, carissimo filio . . regi Francorum illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Pleno quesumus intellectu, fili carissime, verba nostra suscipias et memorie suscepta commendas, ut, sicut prodeunt ex intimis nostris affectibus, sic sensibus tuis instanter adhere- . . . . .